Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



erit corona victoriæ & spiritus iudicii sedentis super iudicium.
Haud dubium quin ezechiæ regis iudæ & fortitudo eorum qui
cuncta regione polluta de prelio reuertentes se urbe
clauserit quod in hoc eodem propheta lecturi sumus. quando
centum octoginta quinque milia armatorum de castris assy
rii exercitus angelo percutiente deleta sunt. Verum hi quoque
idem iudas & benjamin mebriati sunt uino idolatriæ. &
contempta religione templi demonum simulachra uene
rati & nesciente iudeme dim quicuncta considerat. omnis
enim mensæ eorum & uniuersa religio repletæ sunt uomitu
sordium quasi non solum templo sed in uerticem montium
& nemorosis locis idolatriæ sordibus cuncta complerent.
& dis meis non haberet habitationis locum. Hoc iuxta litte
ram dictum sit. Porro iuxta tropologiam priorem sequamur
intellegentiam. nec in actos lex interpretes relinquamus.
Heretici enim ore diaboli deuorati. qui in omne superbie pin
guissimum conscendere. dis erit corona gloriæ his qui
ecclesiam cohortantur. & ad multitudinem plurimorum er
rantium coparati. parui sunt numero. Erit autem iudicii
nis spiritus super iudicium. quia lauauit dis sordes filiorum & fi
liarum syon. spiritum iudicii. Si quis autem sanguinem habuerit.
neque aquam spiritum iudicii. si conbustionis igne purga
bitur. Erit quoque populo fortitudo & prohibebit eos in sici
abbis qui uino draconum inebriati sunt & errauerit
propter siceram. Sepe diximus esse uinum quod de uineis fit.
Sicera autem omnem potionem quæ inebriare potest & stanum
emis euertere. quam proprie aquila ebrietatem transtu
lit. Siue illa frumento siue ordeo siue milio pomorum que
succo & palmarum fructu. & alio quolibet genere efficiun.